



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 129. Alphonsus Basileensi Synodo adhærens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

ptembris die legem sancivit, qua omnes Sæcul. XV.
 censuras tum ab Eugenio contra Basi- A. C. 1440.
 leenses, tum ab his contra illum latas
 executioni mandari prohibuit. Præle-
 gebatur hoc edictum non modo in Par-
 lamenti curia, sed etiam in quadam ge-
 nerali Parisiensis Universitatis congre-
 gatione, quæ apud Cistercienses cele-
 brata est.

§. CXXIX.

*Alphonsus Basileensi Synodo
adhærens.*

Equidem Galliarum Regis responsum,
 quocum Felicis Oratores dimisit, non
 parum Papæ hujus Sectatores offende-
 rat, eosdem tamen animo fractos paulis-
 per erigebant literæ Alphonsi Arrago-
 num Regis ad Basileenses datæ, in qui-
 bus eorum conventum nomine Oecu-
 menicæ Basileensis Synodi honorabat.
 Verum quibus vel modice privata Al-
 phonsi studia perspecta erant, dubium su-
 spectumque habebant istud Regis obse-
 quium. Is quippe Neapolis Regno in-
 hiabat; sed cum Renato Duci Andega-
 vensi, qui non tantum Regni illius Me-
 tropoli, sed magna etiam ejus parte jam
 potitus erat, imparem se videret, inde
 æmulum suum deturbare desperabat,
 remque suam in arcto positam merito ti-
 mebat.

*Surrata lib.
 14. cap. 34.
 & seq.*

Secul. XV.
A.C. 1440.

mebat, eoquod ab Eugenio quoque De
cis partes pro viribus defendi nosset. U
nicum igitur, idque magis opportunum
præsto erat remedium, scilicet, ut Eug
nium quidem coleret, Felicem tamen
palam non offenderet. His itaque iras
dibus posthac velitare statuit, suisque, ut
nec Eugenio nec Felici obtemperarent,
præcepit. Ast Felix, cui hoc consilium
neutrius partis tuendæ minime proba
batur, missis ad eum Oratoribus, ut sibi
soli suam fidem, obsequiumque devoveret,
postulavit, cui Alphonfus ablegato ad
eum Archiepiscopo Panormitano pollice
batur, regia illa obsequia tanquam Ponti
fici legitime electo sese delaturum, si ta
men adoptionis suæ, quam olim Joanna
Regina fecisset, tabulas confirmaret, re
gnumque Neapolitanum perpetuo jure
in ipsum, ejusque posteros transferret,
numeratis simul pro illius recuperatione
centenis aureorum nummum millibus;
tum se quoque nihil non acturum, ut Fe
lici Romam, totumque Ecclesiæ patri
monium assereret; hanc in rem vero vel
maxime expedire, ut ipse prior maritimo
itinere in Siciliæ Regnum trajiceret, ut
inde faciliori negotio Romam introdu
ci posset. Ita nempe Felici illudit Al
phonfus, cujus tamen postulata & ipse
Felix vicissim flocci habuit.

§. CXXX